

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

LX. Rectene stoici negent officiorum fieri commutationem?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

fraudare socium & pupillum. Quædem in-  
qualia, id est, alia majora, alia minora: ut, ma-  
jus fuit peccatum Evæ, quæm Mariæ, amitten-  
tis filium Jesum.

## LX.

*Recte Stoici negent officiorum fieri com-  
mutationem?*

Negatur. Materies declamationis disposita.

**P**ropositio. *E*xordium ab adjunctia rei ipsius. Literarum

studiosis toto pectori huc incumben-  
dū est, ut in utilissimis quibusq; materiis

**A**ssumptio. stylum exerceant. Nihil verò utilius, quæm si  
ad Rhetorum copiam, non ad philosopho-  
rum tenuiter differendi morem in Thesum  
tractatione exerceamur, idq; utrāq; in pat-  
tem, non quodd verum aliter inveniri non  
possit, sed quodd dicendi exercitatio (vel Cice-  
rone teste) maxima sit ita futura. Sic enim &  
Aristoteles suos discipulos fertur exerceuisse.

**C**omplexio. *Quamobrem ut idem exercitii genus in no-  
bis utilitatis aliquid adfusat, liber eandem  
viam à philosopho commonistratam ingre-  
di. Narratio.* A Stoicis quondam, & hodie à  
Theologis plerisq; acerrimè disputatum est,  
fieri non posse, ut quæ sint honesta, pro cir-  
cumstantiarum ratione siant turpia, & con-  
tra. **P**ropositio. *Quamobrem opera precium  
facturus videor, si turpissimum errorem pro-  
meti*

mea virilli parte refutem, & utrumq; factum esse & quoridie fieri condocefaciam. *Confirmatio à specie.* Justitia præcipit ut reddas depositum & promissa facias. Id verò si semper <sup>Propositio</sup> syllo. contra officium feceris. *Ratio ab effectu justitiae.* Nam præcipuum est justitiae manus ut Assumptio propositum cuicunq; possis, nocess nemini. Non cuies verò aliquando vel tibi vel aliis, si depositum reddere vel promissa facere velis: id quod exemplis variè potest illustrari: ut, si quis sana mente gladium apud te deponat, eundum insaniens repetat, reddesne, cum vel sibitpsi vel alii sit allatus manus? Ita Neptunus promiserat Theseo, Hippolytum de medio sublatum: sed eo sublato in gravissimos luctus conjectus est ipse Theseus. Satissime igitur fuisset promissum illud à Neptune non fuisse impletū. Plura exempla sunt in 3. de officiis. Item in Bibliis, ut Jephthæ & Herodis: quoruns alter nimis religiosus in voto servando: alter in faciendo promisso in gravissimos dolores incidit. Quæ cum ita sint, *Complexio*, dubitari non potest honestas actiones in contraria commutari. *Transitus ad alteram partem propositionis confirmandam:* Turpes videlicet actiones quandoq; fieri honestas. Similiter probatur à specie. A viro bono alienum videatur, ut aliud dicat quam sentiat. Verum si curatione vel sua vel alterius saluti possit pro-



spicere, præcipiente justitia, quæ ut nocet nemini, sic prôdest cuiuscunq; potest, nihil o-  
mnino id facere vetabitur. Tempora vero  
huiusmodi non raro incidere complura te-  
stantur exempla: ut Abraham, qui negavit  
Saram suam uxorem esse, vocans eam foro-  
rem, ne forte apud exteris populos infidem  
ipsi fierent, ut impunè cum ipsa adulterarent,  
Genes. 12. & 20. Item meretricis Cauponæ  
Rachabæ, quæ negabat domi suæ esse explo-  
ratores, Jehovæ potius, quam regi obtempe-  
randum sciens, Iosuæ 2. cap. Item Jahelis, quæ  
Siferam hostem Domini pia fraude interce-  
pit, ac simulatè occultans interfecit, Judicum  
4. Item Judithæ, Holofernem dolosè inter-  
ficiens, ut Betulienses obsidione liberaret,  
Judith. lib. cap. 13. Item Davidis simulantis a-  
mentiam, qua simulatione evasit incolmis,  
1. Schemuelis cap. 21. Conclusio. Cum igitur  
tam sacris quam prophanicis exemplis perspi-  
cum sit, incidere non raro tempora, ut com-  
mutentur officia, nequequam vel Stoicis vel  
Theologis contrariam in partem disputanti-  
bus suffragabimur.

## LXI.

*An approbandum sit, quod Aristoteles actionem fa-  
stitia, temperantia, fortitudinis detrahit?*

Distinctione respondetur.

Dominus